Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25885
Copyright: Admont, Benediktinerstift

esaye. quinquaginta ferme hominum milia
de tribu iuda remisit in ierlm. et uasa
templi que nabuchodonosor asportauerat.
et cetera que hesdre narrat hystoria. Sic
et in isrl hoc est decem tribubus a phacee rege
isrl sub quo salmanassar isrlitici populi multa
multa uastauit. usque ad quadragesimum annum
assueri subputant annos ccc. xc. quando
uniuersi iudaici populi persecutio mitigata est.
sic a primo anno iechonie quando magna pars
ierlm translata est in babylonem. usque ad primum
cyri regis persarum annum. quo desolationis
templi erat tricesimus annus. subputant anni
xl. sub quo iudeorum laxata captiuitas. et
libertas populi ipso reddita est. Quidam ccc. xc.
annos isrlis. et xl. iude iungentes. faciunt
annos cccc. xxx. et uolunt eos impleri a
baptismate saluatoris usque ad consummationem
mundi. alii uero et maxime iudei a secundo
anno uespasiani. quando ierlm a romanis
capta templumque subuersum est. subputare
uolunt in tribulatione et angustia et capti
uitatis iugo populi constitutos annos cccc.
xxx. et sic redire populum ad pristinum statum.
ut quomodo filii isrl cccc. xxx. annis fu
erunt in egypto. sic et in eodem numero fini
atur extrema captiuitas. scriptum esse in ex
odo. Habitatio autem filiorum isrl qua habita
uerunt in terra egypti. anni cccc. xxx.
Et uiterum. Factum est post annos cccc. xxx. egressus
est omnis exercitus dni nocte. Satisque miror
cur uulgata exemplaria centum lxxxx.
annos habeant. et in quibusdam scriptum sit
centum l. cum perspicue et hebrei. et aquila. sym
machusque et theodotio. ccc. lxxxx. annos
teneant. et apud ipsos lxx. qui tamen non sunt
scriptorum uitio deprauati. idem numerus repp
iatur. Difficillimam questionem. et in edicam sup
be. a nullo explanatam. non tam nostri scientia
quam dni gratia exposuisse nos credimus. imple
to illo quod ipse pollicitus est. querite et inuenietis.
petite et accipietis. pulsate et aperietur uobis.
Qui autem uoluerit subputare a prima capti
uitate que facta est sub manae filio gaddi.
rege isrl. qui regnauit in samaria annis x.
quando uenit phul rex assyriorum in terram
isrl. et mille talenta accepit argenti. et post
eum alios duos annos phacee qui regnauit
in isrl. inueniet uicesimo viii anno regis
assueri compleri ccc. lxxxx annos. quando
hester fertur hystoria. quod et credibilius est.
Neque enim finito imperio assueri. sed adhuc reg
nante eo. isrl iugum grauissime seruitutis
abiecit.
Et ad obsidionem ierlm conuertes faciem
tuam. et brachium tuum erit extentum. et prophetabis
aduersum eam; lxx. Et in conclusione ierlm
parabis faciem tuam. et brachium tuum robora
bis. et prophetabis super eam. Preparatione uultus
opus est. et robore et confirmatione extenti
brachii atque nudati. ut non solum uoce. sed et
gestu et habitu prophetantis. urbis obsidio
demonstretur.
Ecce circumdedi te uinculis. et non te conuer
tes de latere tuo in latus alterum. donec
compleas dies obsidionis uel conclusionis
tue. Sinistre partes. quia sine templo.
et noticia dei fuerant in samaria de legatis
isrli. dextre iude. in qua dei cultus et reli
gio. Et notandum quod in altero sit pena pec
catorum. in altero uirtutis exercitatio. nec
conuertet se in latus alterum de altero. ut
nulla cruciatuum requies indicetur. donec
impleatur supradictorum dierum perfecta
conclusio. Quod dies pro anno. hoc annus est pa
tientibus. et quos annos putabat laban.
iacob erant quasi pauci dies. Non solum
autem in suppliciis uarietas est per diuersitatem
meritorum. sed in bonorum quoque retributione
agni in dextra. hedi stant in sinistra.
Unde et in alio loco scriptum est. Cor sapien
tis in dextra eius. cor autem stulti in sinistra.